inscriptione certa sibi recognoscend et coniugi eius per olim Nobilem Erasmum quondam Floriani filium Lechowicz Dulawski super bonis Dzulawy in sorte Wyszatkowina modo Donatorio Coram actis Castren Bransceā feria quinta post Festum sanctae Margarethae Virginis et martyris millesimo sexcentesimo Quadragesimo Tertio inscriptis et recognitis Cum omnimodo potestate eiusmodi inscriptionis usus ac pacifica intromissione possessione tuitione evictione ac fundamentis omnibus in originali inscriptione contentis cedit et condescendit intromissionem illi eandem per vilem et Nobiles duos officio acceptas admittendo.

Kiersnowski Kresa Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitaneal Bransceā personaliter comparens Nobilis Bartholomeus filius Nobilis Alexandri Kiersnowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Alberto Kiersnowski fratri suo germano et eius successoribus tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae summam Triginta florenos polonicos Quamquidem summam idem recognoscens submisit ac inscripsit se eidem creditori suo vel eius successoribus hinc et ab actu praesenti pro dominica Conductus Paschae proxime futura sub vadio simili aliorum Triginta florenorum polonicorum soluere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque per se sublevare non recipere nec modo quovis arestare aut afficere iubere Et Coram praesenti Castren Bransceā condescendit non solutionis peremptoria responsione omnibus controversiis se et suos successores uti abscribendo et abrenonciando.

Ecclesiae Dabrowien Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitaneal Bransceā personaliter comparens Nobilis Zophia filia olim Joannis [illegible] relicta consors olim Nobilis Jacobi Dulaski primarum nuptiarum secundarum autem olim Nobilis Alberti Wojno Zygmunzik sana mente et corpore existens palam recognovit Quia ipsa inhaerendo voluntati et devotae intentioni olim Nobilis Stanislai Dulaski filii sui ex priori connubio recognoscens cum olim Nobili Jacobo Dulaski progeniti qua idem Nobilis Stanislaus Dulaski salubri sanitate existens recognoscens uti matris suae consilio et sufficienti notitia assequuta nec non et Vicinorum suorum notitia factam Laudem omnipotentis dei et incrementum gloriae omnipotentis in Ecclesia Dambrowien Parochiae suae augere cupiens Bona sua omnia Mobilia et immobilia in haereditate Dulaskie sita tum et ubicunque consistens et morte eius derelicta tam in vestimentis equis pecoribus pecudibus apparatu bellico et universa substantia tamquam [illegible]

sientijs